Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Fornax charitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

CONSIDERATIO XXI.

VULNERA JESU.

Ieſus Dom. Salus.

Medicina cæleſtis.

1. F*ilius Dei altiſſimi iubetur occidi*, ait D Bernardus, *vt vulneribus meis, id eſt peccatis, pretioſo ſui Sanguinis balſamo medeatur.* Undè ſubiungit idem: *Agnoſce, ô homo, quàm grauia ſunt vulnera, pro quibus neceſſe eſt bonum Chriſtum vulnerari.* *S. Bern. ſerm. 3. de Nat. Dom.*

2. Anima diuerſis in partibus, variiſque modis per peccatum ſauciata & vulnerata remanſit: Intellectus ignorantiâ, Voluntas malitiâ, Appetitus concupiſcibilis concupiſcentiâ, debilitate Iraſcibilis. Vulnera Chriſti ceu pharmaca cœleſtia medentur his omnibus plagis: Intellectum ſanant fide; Voluntatem Charitate, Appetitum concupiſcibilem temperantia, Iraſcibilem continentia & fortitudine. *S. Tho. 2. 2. q. 83.*

3. Medicina eſt amara, ferrum & ignis lædunt & affligunt; & tamen appetuntur propter dulcedinem imaginatæ ſalutis ad prorogandam miſeram vitam proficuę, vtiliſque. Aſt vulnera Chriſti, quia totum, quod diſplicet & nocet, reliquêrunt in membris Diuini illius Medici, virtutem exindè contraxêre cunctas ſanandi infirmitates, vt perfectam in æterna vita conferant ſalutem.

CONSIDERATIO XXII.

VULNERA CHRISTI.

Fornax Charitatis.

1. IN vulneribus ſuis, tanquàm in fornace amore ardente

ardente temperat ſagittas ſuas & tela amori
mus Amor. O Amor amans, Amor amatus,
Gen.21. De quo optimè affirmari poteſt: *Factus et Iuuenis*
tarius. O ſagittarie, & Jaculator cordium,
vulneribus: & vt tibi ſterneres viam ad cor
ciaſti tuum, ſed ferro; eſto ſine dolore, non
Amore.

2. Dolor & Amor in fornacibus ardentibus
nis temperamento ſacra temperant tela & iacu
S.Greg.in lor cudit ferrum, cuſpidem acuit Amor. O
Ezech. *quæ transfixa eſt vulnere Amoris: mala ſalus,*
Hom. 33. *huius vulneris neſcit.*

3. Qui eſt læſus & vulneratus in corpore, o
Ierem. 51. tempore: *In omni tempore mugiet vulneratus,*
nuus dolor ad ſe attrahit cogitatum, ita, vt
gitare poſſit. Qui in corde ſauciauit eſt Di
ris cuſpide, non ſine dolore eſt, at interiori ſub
dio perfuſus; nec quicquàm aliud animo verſ
tum ſuum bonum; & ibi eligit viuere, vbi ſ
viuere.

CONSIDERATIO XXIII.

VULNERA VERB

Effugium in Iudicio.

1. **V**Ulnera Chriſti in tremendo Iudicio er
tidem linguæ fulminatrices. Surget
ra Chriſtus, & oſtenſis ſuis vulneribus pecca
S.Aug. l.de compellabit vocibus: *Ecce hominem, quem Cr*
Symbol. *videtis vulnera, quæ inflixiſtis: agnoſcitis la*
transfixiſtis: quoniam per vos & propter vos a
nec tamen intrare voluiſtis.

2. Quantam in malis & impiis erubeſcenti
fuſionem generabunt vulnera Chriſti; tant
ſitum conſolationem & lætitiam Iuſtis affer
cient, quem confixerunt ſuis peccatores ſcel
aſpicient, quem dilexerunt ex toto corde Iuſti.